



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Ad Leonem X. Pontificem Maximvm

[Straßburg], 1519

VD16 L 3409

Conclvsio LXXXIIII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-34717

DVLGENTIARVM AD LEONEM X. P. M.

C O N C L V S I O LXXXII.

Cur papa non euacuat purgatoriū, propter sanctissimam charitatem, & summā animarū necessitatem, ut causam oīm iustissimā, si infinitas animas redimit propter pecuniam fūnestissimam, ad structuram basilicæ, ut causam leuissimam.

H A N C quæstionem non papa, sed questores excitant, quia ut supra dixi, nūsc̄ legitur summi pontificis super hac re ullū decretum, ideo respondeant illi ad eam, qui suscitauerunt. Ego ad omnes istas quæstiones uno uerbo responderim, quantum pro pontifici honore fieri potest, uidelicet, qđ nemo eos informat rei ueritatē, & frequenter fit, ut male narratibus, male cōcedant.

C O N C L V S I O LXXXIII.

Cur permanent exequiæ & anniuersaria defunctorum, & non reddit, aut recipi permittit beneficia, pro illis instituta, cum sit iam iniuria pro redemptis orare.

M VLTOS scio ista quæstione fatigatos mecū, & multis evasionibus frustra a nobis laboratū, diximus etiam, si euolarent animæ, tum officia instituta pro illis, iā in laudē dei cederent, si cutfit, dū pueri & infantes deceidunt. Alius aliter, sed nullus fecit satis. Tandē cœpi disputare, & negare illoꝝ sermones esse ueros ut uel sic elicerē tandem a doctioribus, qđ hic respondendū foret.

C O N C L V S I O LXXXIV.

Quæ illa noua pietas dei & Papæ, quod impio & inimico, propter pecuniam cōcedunt, animam piam & amicam dei redimere, & tamen propter necessitatem ipsiusmet piæ ac dilectæ animæ, non redimunt eam gratuita charitate.

C O N C L V S I O LXXXV.

Cur canones pœnitentiales re ipsa & non usu, iam diu in semet mortui, & abrogati, adhuc tamen pecunijs redimuntur, per concessionem indulgentiarum, tanç̄ uiuacissimi.

C O N C L V S I O LXXXVI.

Cur Papa, cuius hodie sunt opes opulentissimis Crassis crassiores, non de suis pecunijs magis, quam pauperum fiz